

Prologus in [illegible] vitam christi.

Prologus Ludulphi cartusiensis in meditationes vite Jesu christi.

Fundamentum aliud nemo potest ponere: vt ait apostolus preter id quod positum est qd est christus iesus. Cum dicat Augustinus q deus est res summe sufficiens: et homo est res summe deficiens: [illegible] nos tale bonum deus est vt nemini cuius de[illegible] bene sit. Jcirco quicunque ruinam [illegible] suorum euadere et spiritum reparari desiderat necesse est el vt a fundamento pre[illegible] non recedat: qui in eo omnimoda reme[illegible] suis necessitatibus inueniet. Primo [illegible] peccator cupiens peccatorum suorum sar[cinam] deponere et ad requiem anime per[uenire] audiat deum peccatores inuitantem ad [se] et dicentem. Uenite ad me omnes qui labora[tis] [illegible] [illegible] et ego reficiam vos [illegible] in presenti [illegible] et in futuro. Audiat ergo egrotus [illegible] [illegible] veniat ad ipsum [illegible] contritionem ac sollicitam confessionem [illegible] studiosum propositum semper declinandi a ma[lo] et faciendi bonum. Secundo peccator sed iam in christo fidelis effectus tanquam ipsi per penitentiam reconciliatus: studeat diligentissime medico suo adherere et suam familiaritatem acquire[re] [illegible] vitam recogitando omni qua poterit deuotione. Caueat tamen prouide ne cur[sorie] ipsam vitam legendo transeat: sed seriatim aliquid de ea per diem accipiat: in quo sab[batum] [illegible] pie meditationis christo quotidie [illegible] cogitationes et affectiones ora[tiones] et laudes [illegible] opus dei ad illud re[illegible] in ipso delectetur a tumultu exte[riorum] et mundanorum impedimentorum regescere et suauiter obdormire et ad illud vbicunque [illegible] ad certum et pium refugium contra viciosas humane infirmitatis parte[s] [illegible] continue dei famulos impugnantes [se]pe recurrere. Sepius tamen recurrat ad [pre]cipua christi memoralia videlicet ad incarnatio[nem] natiuitatem: circumcisionem: apparitionem: pre[sen]tationem in templo: passionem: resurrectionem: [a]scensionem: spiritussancti effusionem: aduentum ad iudicium [illegible] specialis recordationis et exer[ci]tationis ac spiritualis recordationis ac con[so]lationis. Sic etiam ipsam vitam christi legat: [vt] mores eius pro posse imitari studeat. Pa[rum] enim prodest si legerit: nisi et imitatus

fuerit. Unde Ber. Quid tibi prodest psius saluatoris nomen lectitare in libris nisi habere studeas pietatem in moribus: Unde et Criso. Qui legens de deo vult inuenire deum festinet viuere digne deo: et ipsa conuersatio bona sit quasi lampada luminis ante oculos cordis eius: vias veritatis aperiens. Jsta vita in summo desiderio debet esse peccatori propter multa. Primo propter remissionem peccatorum. Cum enim fecerit de se iudicium: se per confessionem accusando: et iniuriam presentiam voluntarie assumendo: iam sollicite ambulans cum deo suo predicto modo meditando purgatur non modicum a sordibus peccatorum. Deus enim cui adheret ignis consumens est purgationem peccatorum faciens. Secundo propter sui illuminationem. Jlle enim cui assistit lux est in tenebris lucens cuius lumine illustratus docetur ordinate disponere vitam suam ad christum et celestia ad seipsum ac proximum et terrestria. Tertio propter gratiam lachrymarum valde necessariam peccatori: in hac valle miserie quam christus qui est fons ortorum et puteus aquarum viuentium: consueuit peccatoribus sibi adherentibus dare. Quarto propter reparationem lapsuum quottidianorum de quibus semper releuat deus sibi adherentes. Juxta illud. Fac serpentem eneum et pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum viuet. Quinto propter dulcem et desiderabilem degustationem quam in se habet. Juxta illud. Gustate et videte: quoniam suauis est dominus. Sexto propter cognitionem paterne maiestatis quem per ipsum solum haberi potest. Juxta illud nemo nouit patrem nisi filius et cui filius vo. reue. Septimo propter securum exitum ab hac vita periculosa: fidelis namque peccator: qui modo quottidie suscipit christum in hospitio cordis sui: et lectulum floridum per suaues meditationes eidem preparando econuerso post mortem requiretur et suscipietur a christo vt sicut confitetur et concupiuit semper et in eternum sit cum ipso. Hec vita est vita bona et irrigua: peccatores sibi adherentes mundans et renouans et eos ciues sanctorum et domesticos dei faciens. Est amabilis et dulcis ad conseruandum. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius nec tedium conuictus ipsius: sed leticiam et gaudium. Est gloriosa et suauis: cetera que hanc non sapiunt fasti[illegible] exercitia: cum aliquando [illegible] corde fuerit frequentata. Est pascens et reficiens. Nam secundum Amb. Qui domicilio christum recipit in terno: maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Est consolatoria solitario: et quidem optimus comes itineris

Primera hoja conservada del ejemplar del n.º IX guardado en la *BPA*, con nota ms. de 1570 al pie.

Biblioteca Digital de Albacete «Tomás Navarro Tomás»